etiam
Et fuit in Francia, in Guasconia, una cum Archiepiscopo Montisregalis, qui postea fuit Capuanus, et demum Aquilegiensis Patriarcha, pro procuranda relaxatione illustris memoriae Caroli Principis Tarentini, qui postea fuit Jerusalem et Siciliae Rex, qui detinebatur a Rege Arragoniae carceratus. Bona temporalia Ecclesiae multum auxit. Sedit in Archiepiscopatu XXII annis vel circa. Mortuus in vigilia Nativitatis Domini Anno MCCLXXXXV. In habitu Ordinis Praedicatorum usque prope Ravennam per homines in grabato portatus; sepultus est in Ecclesia Ursiana juxta Altare B. Mariae Magdalenae, quod fundari fecit in Mausolaeo pulcherrimo, quem vivens fecit asportari de Sancto Laurentio extra Muros Ravennae. Qui Bonifacius Archiepiscopus fecit Concilium in Ravenna super factis civitatis Acri, quae capta fuerat a Saracenis, quae dicitur Acon.

a) proprie curanda
b) quam et add.
{ Die 25. Decembris
c) d. 25. Dicemb. ead. m.
d) Madaline
e) quā
f) quo
g) Acom

De Opizo

Archiepiscopo LXXXIV.